

Witte S. 268 zu 1068.

episcopus castrum in Iburgh propter imminencia bella edificare disposuit a predecessore suo inchoata aliquanto tempore murorum parte, ubi et cenobium in beati Clementis honore construxit monastice inibi religionis rudimenta felici molitus exordio, prout infra suo loco diffusius dicetur.

Vergl. Annales her. v. Forst S. 182 zu 1077.

Witte S. 269 zu 1077.

Per idem ferme tempus Benno venerabilis ecclesie Osnaburgensis episcopus monasterium sancti Clementis ordinis divi patris Benedicti in Iburgh monte fundare exorsus est. Cum enim bellis pene sopitis presuli pax accessisset pacis diutine prolixitas insolentiam peperit, que non solum potentes et nobiles quietem rumpere et seditionibus dissidere persuasit, sed et vulgus ignobile et rusticum (!) conditionem in maiores armavit et novarum rerum suo more cupidam fecit. Cum igitur anno quodam temporum proventus regionem istam cum ceteris rebus tum etiam glandium ubertate repleisset et iam mons iste ex antiquissimo situ singulisfuisset circumstantibus densitate silvarum, circummanentes rustici, quos ibi conmarchiones appellant, porcos suos illuc immittere glandesque saccis

Vita cap. 19.

Sed et alterum obstabat, quod montem utpote arboribus consitum tanquam commune pascuum rustici vendicare praesumerent; plurimo enim tempore post destructum castellum exacto, cum iam bellis undique sopitis pacis diutinae prolixitas insolentiam peperisset, non solum potentes et nobiles quietem rumpere et seditionibus dissidere persuasit, sed et vulgus ignobile et rusticam conditionem armavit et novarum rerum suo more fecit cupidam. Cum enim aliquando fertilitas regionem istam cum caeteris rebus tum etiam glandium ubertate repleisset et iam mons iste ex antiquissimo situ similis fuisset circumstantibus densitate silvarum, circummanentes rustici, quos hic commarchiones appellant, porcos suos huc immittere glandesque